



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1765

VD18 90118243

§.8. Otto e Prosapia Pro-Comitum Archiepiscopus Mediolanensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66255)

chidiaconus, dein Episcopus Virodunensis fuerat post plures legationes digne ordinata ad septem Triones. Vix solium novum conscenderat, cum id Episcopis scriptis, seque in preces commendavit, ut docet epistola ad Archiepiscopum Remensem mense Septembri an. 1261 data. Singulariter ad Regem S. Ludovicum, cui obnoxius forte nascendi fuerat, & ad Philippum natu majorem ejus filium scripsit, noxarumque veniam eis fecit.

§. VIII.

Otto e prosapia Pro-Comitum Archiepiscopus Mediolanensis.

Sedes Mediolanensis quatuor vacabat annos, postquam Leo Pergus 14 Dec. 1257 deceperat. Duo illam sibi vendicabant, Raymundus ex Turriorum familia Mediolani potentissima, & Franciscus Settalla, plus meriti sed minus existimationis habens. Papa Urbanus utriusque electionem rejiciens Settalla ultro cedente Raymundum creavit Episcopum Comensem. Ambobus prætulit Ottoneum Collegii Desiensis Præpositum ex Pro-Comitum familia, quæ cum Turriana de majore nominis celebritate certabat. Huic viro animoso ac gerendis rebus idoneo Papa Mediolanensem Archiepiscopatum con-

Sæcul. XIII.
A.C. 1261.

ap. Rayn.

n. 10.

n. 18. 19. &c.

Ughel. to. 4.

p. 282.

Sigon. reg.

Ital. lib. 20.

irrit.

Cor. p. 272.

273.

Papa

Mediolanensem

Archiepiscopatum

con-

Sæcul. XIII. contulit rogatu Cardinalis Octaviani U-

A.C. 1261.

baldini, cui Mediolanum transeunti Martinus Turrius Raymundi frater insultaverat. Qui quem Papa elegisset, edictus, cum apud Mediolanenses tunc omnia posset, non modo Archiepiscopatus, sed & omnium Ottonis fautorum redditus occupari jussit: unde factum, ut Papa urbem interdicto percelleret. Anno 1263 Otto Papæ ac Mediolanensium adversis a partibus pulsorum præsidio tectus Roma Mediolanum versus processit ac die Paschatis i Aprilis Aronæ arcem intravit. Sed longiorem progressum tum quidem non fecit, & quatuordecim insuper annos Mediolano exclusus mansit.

p. 276.

§. IX.

Patriarchæ Nicephori obitus.

Interim Nicephorus Constantinopolitanus Patriarcha Græcus Nympheam propere venerat cum Imperatore Michaeli Palæologo, qui Constantinopolim capere frustra conatus in Anatoliam redie-

Pachym. l. 2. c. 22. rat. Nicephorus Andronicum Sardibus & Manuelem Thessalonica pelli jusserat, ipsius translationem improbantes, duosque alios Episcopos in eorum locum substituit Sardibus Jacobum Chalazam, Thessalonicæ Joannicum Cydonem Abbatem monasterii Sofandrici. Mox deinde